



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

4. Exemptus, an conveniri possit ex l. diffamari C. de ingen. & manumiss.
coram Ordinario.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

est n. 66. vol. tra. 14. fol. 41. Præses loco à stylo. Ita referente Abbate, Felin. & aliis confirmarunt. Abb. d. cap. ex parte 1. n. 5. de privileg. Fel. d. cap. 1. num. 14. vers. tertio restringe d. cap. cum ordinem num. 7. Heftiensis lo. And. Imol. Butr. supra citati. Caldeus cap. cum ordinem in fin. de Rescript. Stylo enim Rom. curiæ iniquiunt præfati DD, taciturnitas exemptionis rescriptum officeret atque vitaret.

Ampliatur, etiam si rescriptum contineret, quod vocare posset omnes & quoscunque debitores suos, nam dictiones illæ universales non extenduntur ad debitores exemptos, qui vigore ejusmodi generalis rescripti vocari non poterint coram ordinario. Angel. l. fin. C. sine censu vel reliquis. Bald. l. legatorem §. qui plures ff. de leg. 2.

Ratio est, quia locutione generali, quando vertitur aliquod præjudicium exemptionis, non comprehenduntur exempti. glo. l. de curionib. C. de silentiis lib. 12. Barth. l. sed. & posteriores ff. de legib. dicitur supra li. 1. quæst. 5. n. 13. 4. Quid autem è contra, an rescriptum judicandum sit surreptitium, si in eo exemptus narretur qui non est? Respondeo cum Navarro negative conf. s. per tot. de rescript. quia ejusmodi narrativa enunciatio causa concessionis non est. Navarr. d. n. 8. Regulariterque rescriptum non vitiat, continens causas partim falsas, partim veras, dummodo eæ veræ sint, in quibus Papa se principaliter fundat. Rom. conf. 369. Lapis alleg. 2.4. glo. cap. 2. inter cetera cap. olim de rescript.

QVÆSTIO IV.

Exemptus an conveniri possit ex l. diffamari. C. de Ingeniis & Manumiss. coram ordinario?

SUMMARIUM.

- | | |
|--|---|
| 1. Quidam putaverunt exemptum conveniendum ex l. diffamari coram iudice suo, non vero coram ordinario. | ponere coram suo iudice. |
| 2. Ratio eorum est, quia agens ex l. diffamari est actor. | 9. Debitor agit coram suo iudice contra creditorem. |
| 3. 23. Opinio putantium exemptum conveniri posse coram ordinario, est verior. | 10. Idem in examinandis testibus ad perpetuam rei memoriam. |
| 4. 24. Laicus contra clericum ex l. diffamari agit coram iudice laico. | 11. Idem est iudex preparantis & preparati. |
| 7. Diffamatus dicitur agere simulate & coacte. | 12. Iudex petentis absolutionem à juramento adendum. |
| 8. 16. Exceptionem habens potest eam proponere coram suo iudice agit contra maritum. | 13. Uxor coram suo iudice agit contra maritum. |
| | 14. Idem disponitur in fideiussoribus. |
| | 15. Idem. |

15. Idem in publico proclamato. mari.
 16. 17. Exceptio alia competit stimularo, alia 21. Contraspsum vero agitur.
 subsistit de per se. 25. Opinio auctoritate limianda est, si exem-
 18. Aliud est esse actorem, aliud ad is vice pti nec active, nec passive, hoc est, qui a-
 fungi. gendo non possunt prorogare jurisdic-
 tionem ordinarii.
 20. Diffamare est tacite ad iudicium pro- 26. Diffamans an in causa principali habeat
 vocare. electionem iudicis.
 21. Excommunicatus non agit ex l. diffamari.

1. Sunt classici Auctores qui sustinent, exemptum in cau hujus quæstionis conveniri non posse coram ordinario, sed coram proprio iudice exemptorum. Quorum opinio invenitur supremorum tribunalium placitis esse confirmata. *Matheus de assist. decis. Neap. 268. incip. in alia causa fuit. Boerius decis. 255. n. 7. Paris. in presentia col. 10. de probat. Deci. cons. 487. in quæst. proposita n. 10. cons. 686. magistratus Pyrrhus in sine Castren. Barb. l. in criminali n. 3. C. de jurisd. cui iud. ubi etiam Barb.*
2. Eorum præcipua hæc est ratio, quod vocans exemptum conditione hujus legis in jus, actoris partes sustinet, quippe quod is voluntariè prior & principaliter agat, ac proinde, ut est vulgare, forum rei exempti sequi debeat, l. in tribus ff. de iudicis. l. liberus à patrono ff. de in jus vocando ubi Barb. Bald. Castr. Alex. Odefredus in l. in præfenti C. de his qui ad Ecclesiam confugi. cap. si Clericus cap. cum sit generale de foro compet.
3. Veruntamen, non obstante auctoritate & ratione præcedentium, sententia aliorum verior est & communior, qui censuerunt exemptum in casu hujus legis privilegio non gaudere, sed conveniendum esse coram iudice ordinario diffamati, tanquam iudice competente. *Alex. cons. 103. l. 5. ubi pro se citat Butr. Abb. imo & alios Fel. c. e. qua in pr. de Re Iudic. o. fm autem col. fm. de restibus Natra Clem. sape col. 36. de verb. sig. Rom. cons. 412. pro habenda. Areti cons. 14. col. 8. venio igitur ad tertium. Gail. lib. 1. obs. 9. & seqq. Blarerius in reperi. l. diffamari c. 4. n. 2. fol. 85. Contardus c. 15. q. 1. n. 3. Cognovus n. 9. C. de Ingeniis & manumiss. ubi dicunt hanc opinionem esse communem. Rationes sunt*
4. multæ & efficaces, Imprimis quia laicus conveniens clericum ex hac lege id facit coram iudice suo sæculari, *Alex. d. cons. 103. Boer. decis. 113. Blarerius & Contard. ubi supra, ergo idem statuendum est in exemptis, quippe quod inter exemptos & clericos, sit quædam similitudo, æquiparatio, seu proportionabilis ratio in materia fori, prout notavimus supra quæst. 45. lib. 1. cui etiam assentitur Felinus ibidem allegatus, æquiparat enim scholares exemptos & Vasallos in eo quod habeant speciales iudices, ideoque æquali similive jure regulantur. De similibus enim idem est iudicium eademque juris dispositio, quemadmodum latè & doctè notant Massa Galeus tract. de exercit. jurisperit. lib. 2. num. 62. & seqq. Præter in locis legalibus loco à simili per lillud ff. ad l. aquiliam, ac ut inquit Ulpian. non possunt omnes casus legibus*

bus comprehendendi, ideo ex similibus ad similia iudicandum est. *l. non possunt eum l. seq. ff. de legibus late praes. in locis loco a lege cessante.*

Secundò, quia diffamatus agens ex hac lege non tam dicitur agere, quam excipere, stimulate enim agit provocatus diffamationibus ab ipso diffamatore. *Bald. d. l. 7. diffamari. Blarevius d. capite 4. n. 3. Alex. d. conf. 103. Gaill. lib. 1. obser. 9. nu. 7. Et seqq. Ca. gnolus ubi supra n. 9. vers. non obstat.* Licet autem diffamatus actor videatur ex quo ipse ad iudicium provocet, tamen quia ipse non venit sponte, sed coactus diffamationibus, attendenda est magis illa efficiens causa, quæ prima est, quam posterior quæ est accidentalis. *arg. l. qui habet in princip. ff. de tutel. Felin. cap. si quis contra col. doct. Abbas n. 2. Et 3. de foro compet. c. si autem col. fin. in fine de Rescript. Et d. c. ea que in pr. Decim. c. 2. col. 4. de probat. Cagno l. d. n. 9.*

Tertio, quia regulariter exceptionem habens, potest ad versarius convenire ne inquietetur, idque non coram iudice conventi, sed coram iudice impetrantis, seu ejus, qui exceptionem sibi competere asserit. *Anton. cap. quintavallis vers. ad secundum venio de iur. iur. Mihi in reperi. verb. exceptiones habens. Felin. d. cap. ea que num. 1. post pr. in d. cap. si quis Et d. cap. fin. autem. D. D. ubi supra Barib. l. si societatem §. arbitrorum n. 18. ff. pro socio l. si finia §. eleganter n. 3. de Dam. infecto.*

Quarto, quia in simili debitor volens pecuniam ad sistendum usuras consignare, facere id debet non coram iudice creditoris, sed suo, qui de causa principaliter cognosceret. *Alex. d. conf. 103. Bald. l. acceptam quæst. 14. C. de usuris. Mab. de Assult. de- cif. Neap. 18. Boer. decif. 114. num. 9. Lafon. d. cum ii §. si prator in fin. ff. de transact. ubi Barth. Et DD.*

Quinto in examinandis testibus ad æternam rei memoriam, adiri debet rei iudex, etiam si Reus ipse sit ad hoc provocans. *Catell. Cotta in me. varia lib. verb. iudex causa preparantis d. dec. Neap. 18. Barib. l. si societatem §. arbitrorum num. 20. ff. pro socio Et in d. cum ii §. transactiones ubi Apost. doct. Abb. cap. si quis contra clericum. nu. 2. Et 3. de foro compet. Ratio, quia idem debet esse iudex preparantis, qui preparati. Felin. cap. cum sit generale n. 4. vers. amplio conclusionem de foro compet. De qua regula vide fult. Cachet. decif. 78. per tot.*

Sexto, qui juravit solvere usuras forensi, pro absolutione, adiri debet iudex pe- tentis absolutionem, non vero forensis, quia jurans originaliter est Reus. *Lapus alle- gat. 10. quem sequitur Abbas c. si quis contra clericum n. 2. Et 3. de foro compet.*

Septimo, facit quoque quod adfertur de sponsa, quæ si petit licentiam divertendi a sponte, facere id non debet coram iudice viri sed suo proprio, ex quo coram eo prin- cipaliter esset convenienda in causa matrimonii. *Abb. ca. ex parte col. 2. n. 5. de Rest. spo- liat. Cui tamen non assentitur Anton. de quo per Abb. d. n. 5.*

Octavo, idem responderetur in pluribus fidejussoribus, potest enim aliquis fidejussor- um etiam antequam conveniatur vocare in jus creditorem principalem, eique iuxta

- juxta beneficium Divi Adriani debitum dividere, *Abb. d. cap. si quis contra clericum n. 22*
vers. unde licet fidejussor. glo. & DD. l. si condemnat. ff. de fidejussor. Blarer. ubi supra ca. 2.
 15 *num. 20.* Postremo, quotiescumque proclamata seu edicto publico quicumque sua putaverint interesse citantur, tum enim etiam si ordinarie agendo actor forum rei sequeretur, hac cautela illud evitabit. *Doctores l. consulta divalia C. de Testament. Ang. l. 1. §. hanc stipulatio ff. si cui plus quam per l. falsidiam. Socynus in fallent. Reg. 10. incip. actor regulariter in sine ubi dicit cautelam notandam. Marant. de ord. jud. par. 4. dist. 11. n. 36.* Porro, quod dixi exceptionem habentem, preveniendo posse agere coram iudice suo, non usque quaque verum est, sed ex mente Abbatis recipit aliquam restrictionem.
- 16 Distinctionem enim facit inter exceptionem proprie dictam, quæ competit tantum stimulo stimulo actionis, & impropiam, quæ competit subditæ sine actione, seu (ut inquit Innocent. *in cap. super eo de elect.*) habet vim & modum actionis. In proprie sumpta exceptione, hactenus dicta habent locum, in impropia vero nequam, in his enim non videtur excipi seu de exceptione tractari, quia originaliter hujusmodi genere exceptionum principalis ipsa quæstio actione in iudicium evocatur. Ideoque ejusmodi exceptio non discutietur coram iudice illius, ad quem ea obicitur. *Abb. d. cap. si quis contra clericum n. 3. sub finem de foro com. et. Innocent. cap. cum dilecti. cap. dudum num. 1. & 2. cap. super eo de elect.* Exemplum ponitur in electo, qui licet confirmationem non petat, nihilominus tamen adversus eum excipi poterit de inidoneitate, seu aliter, atque aliter electio infirmari, idque non coram iudice excipientis, sed coram iudice electi, quia hæc quæstio stat per se, estque principalis ex quo ad aliud iudicium actionemve non referatur, *Abb. d. num. 3. per cap. fin. de elect. in 6. Blarerius ad d. l. diffamari cap. 4. num. 14.* Porro, stante hac communi opinione, quam etiam teste Andrea Gall, Camera imperialis observat. *lib. 1. obs. 9. 10. 11. 12. Blarer ubi supra.* Variè responderi potest ad argumenta prioris opinionis affirmativæ.
- 18 Et quidem cum Baldo, aliud est actorem esse, aliud actoris vice fungi, actor forum sequitur, qui vero vice actoris fungitur minime, ne incidamus in absurdum, quod Reus qui in exceptionibus actoris vice fungitur actoris forum sortiatur. *Bald. conf. 173. lib. 2. Dec. cap. cum inter n. 14. de except. Casar. Contrardus in rep. d. l. diffamari cap. 5. numer. 19. & seq.*
- In subiecta hac materia qui diffamatoriâ petit silentium imponi, non est merus actor, sed actoris vice tantum fungitur, ad instar rei, qui provocatus impetitionibus actoribus resistit probationum partes frequenter utro in se assumendo. *Card. Paris. conf. 83. vol. 2. Bald. d. conf. 173.*
- 22 Confirmatur, quia diffamare est tacite ad iudicium provocare, ideoque diffamator eo ipso quod diffamat, ad iudicem rei diffamati provocare & agere velle intelligitur

ligitur per text. d. diffamari ubi Bald. n. 3. & 18. Gaill. d. obs. 9. n. 5. Non moyet quod generaliter excommunicatus tanquam reus sese defendendo in iudicio esse possit, hic autem ex lege diffamari experiri prohibeatur, teste Felino in cap. Cum inter n. 12. de excep. ubi D.D. ita sentiente communiter contra Joannem de Anania in cap. dura. col. 2. de crim. falsi. Feder. de Sentis cons. 275.

Quia licet excommunicatus tanquam reus habeat personam standi in iudicio, hoc 21 duntaxat verum est, cum is est reus necessarius, at verò in iudicio hujus legis, excommunicatus est reus voluntarius, qui quidem licet diffamationibus stimulatus compareat, non tamen ad hoc compellitur ex necessaria patris sui defensione, quo casu certe audiretur, sed voluntarie profus sese offert, eaque est communior censura Doctorum. Boer. dec. 255. n. 7. & dec. 258. Blarerius ubi supra cap. 2. nn. 24. 26. doct. Gregor. Sarrus in Thesuro Theol. Moral. part. 1. lib. 2. cap. 8. n. 12. & 13. ubi explicat quis dicatur reus voluntarius, quis necessarius.

Contra verò excommunicationis introductum est, in illius favorem & compendium convertatur. cap. intelleximus ubi Innoc. Butr. Abb. Felin. de iudic. & d. cap. cum inter Blar. ubi supra cap. 4. n. 8. & seqq. Sarrus d. cap. 8. num. 13. quod tamen requirit majus examen, non enim hoc in calu dicendus est reus necessarius, sed voluntarius ad instar baptiti, qui comparere non potest citatus si sua putaverit ininteresse, & aliis in similibus causis, quos Doctores postremo allegati studiose persequuntur, ad quos ne eam egrediar orbitam, lectorem remitto.

Ex quibus fit liquidè probata communis, nostra conclusio, quod exemptus in causa 23 hujus legis privilegio suo non fruatur, sed subiciatur ordinario velut iudici hujus causae competenti. Quippè quod exemptus agendo non trahat causam ad suum forum, sed quod is iuxta Regulam generalem forum rei fortianur. cum sit generale, cap. si quis contra Clericum ubi D.D. de foro competenti. tex. cap. experientia 11. quest. 1. & cap. si Clericus de foro compet. Ac quidam quamvis jam allegata auctoritates ita statuunt in Clericis, ut forum rei Laici fortiantur, id ipsum tamen extenditur ab identitate rationis, etiam vigere in exemptis, Quippè sicut Clerici jure divino Exempti à 24 jurisdictione Sæculari, agendo tamen fortianur forum rei Sæcularis. Steph. Ausfrev. tract. de potest. Sæcul. super Ecclesiast. person. in introductione num. 7. conclus. 3. d. cap. experientia d. cap. si Clericus. Ita etiam debemus respondere in Exemptis, qui privilegium fori positivo jure adepti sunt. tot. in extra & in 6. de privileg. Nam si id de quo magis videbitur inesse, non inest, nec etiam de quo minus. Preses loco à majori, nec enim aliter jure cautam reperitur Erubescimus sine lege loqui. Anton. de truento & semisse §. Consideremus. Quod ipsum propius ad hanc questionem respondendo, visum pridem fuit Blarero, dum scripsit hoc verborum tenore: Neque hic aliqua alius cuius privilegii allegatio locum meretur, sicut in Imperiali iudicio contra Electores

res privilegiatos alioquin aut Exemptos constanter observatur, unde hic non solum decisio illa cessat, quod citatus non teneatur comparere ad allegandum privilegium suum, si notorium est, iudicem non habere jurisdictionem vel habere elidibilem in causa, sed nequidem hic ulla illius privilegii seu Exemptionis productio, quicquam juris sibi vendicare potest. Ita ille, adde Gaill. supra num. 17. in fine.

26 Prædicta tamen intelligenda sunt in Exemptis qui activè prorogare possunt, id est, qui si agerent coram ordinario, illius jurisdictionem prorogarent, quem admodum sequenti quaestione num. 1. tractabimus, cæterum si neque activè, hoc est agendo jurisdictionem ordinarii sortiri possunt (velut quaestione eadem num. 9. usque ad finem distremus) aliud esset concludendum.

Quid autem, si diffamatus plures habeat iudices? poteritne diffamans postposito iudice, qui in diffamatorio iudicio fuit præventus, eligere alium ex iudicibus diffamati, coram quo principale suum iudicium instituat? Affirmativam sententiam amplexus est Socinus *consil. 94. vol. 3.* assecutusque habet Andream Gaill. *lib. 1. obs. 11. num. 4. & seqq.* & alios non paucos: at vero negativam, scilicet quod principale iudicium moveri debeat coram eo iudice, qui in iudicio diffamatorio ex l. diffamati fuit præoccupatus, secutus est Joannes Baptista de Sancto Severino. *Rep. l. omnes populi col. 14. de iust. & iure,* & multis aliis omisit Felinus *cap. Cum sit generale num. 6. de foro comp.* hac potissimum ratione, quod idem debeat esse iudex causis præparatis, qui fuit causæ præparantis, propter causæ continentiam & connexitatem, quæ dividi non debet, & quod altera actio veniat in consequentiam alterius, vide infra eodem lib. *quest. 38.* ubi multifariam diversis rationibus desumptis ex subtili tractatu quem de continentia causæ inscripsit Mindanus confirmare posset, Sed cum hæc quaestio per parergos sit proposita, subsisto, relegans lectorem ad Petrum Peck. de Jure sistend. *cap. 34. num. 3. & 4.* & ad Bartholomæum Blarerium *Rep. d. l. diffamari sap. 4. num. 39. fol. 107.* qui in illius discussione plenius se diffundit.

QVÆSTIO V.

Exemptus agendo an forum rei coram ordinario fortietur?

S U M M A R I U M.

1. Actor sequitur forum rei.
2. In privilegiis sequenda mens contentis.
3. Quædam Exemptio passiva.
6. Quædam activa & passiva, quæ nec agere nec conveniri possunt.

7. Præ-